

*Fons et origo boni deus orbis conditor alto
 Consilio uoluit hominis reparare ruinam,
 Qui quia transierat in ius uictoris iniqui
 Venditus et uictus peccati merce, decebat,
 Ut tali precio, quali fuit ante reatum
 Primus homo, redimi deberet; at hostia talis
 Non fuit in massa peccati mole grauata.
 Pro nobis igitur altissimus hostia digna
 Dignatus fieri contraxit spirituale
 Conjugium iunctis una sub carne duobus &c.*

Natura videlicet divina et huma-
 na. Paraphrasis demum ipsa, vel

si mavis, Commentarius ita inci-
 pit: *Osculetur me osculo oris sui.*

*Oscula queso sui mihi sponsus porrigat oris!
 Utque duo iuncti se pacis ad oscula neant,
 Sic persona duas naturas uniat una,
 Audiat et uocem sponsae presensque loquatur
 Sponsus ad os ore dilectae uerba salutis,
 Ac unitus homo uerbo ferat oscula grata &c.*

Particulae Textus semper minio
 praemittuntur. In C. ult. v. pe-

nult. abrumpitur Tractatio hoc
 versu:

Nunc auster perflat ueniens aquilone repulso.

Itaque parum deest ad finem,
 quod utinam ex alio Codice, quem
 sibi fors alicubi Fortuna libraria
 conditum seruat, subpleri possit!

*tica Canticorum Liber, in quo
 statum regni sui temporis descri-
 bit. Ad Inuidiosiss. et Potentiss.
 Imperatorem Divum Maximilia-
 num II. Autore Paulo Sibero
 ab Ericis Poeta L. Anno Christi
 M. D. LXVI. Praeit ad Maxi-
 milianum Elegia bene longa hoc
 initio:*

CXLVIII. VII D 10

248 Codex chartaceus lat. Sec.
 XVI. Folior. 46. f. inscribitur:
Amorum Solomonis, Vulgo Can-

*Vnde sit imperium, rebus quae cura gerendis,
 Iustaque magnanimi Caesaris arma canam. &c.*

413

HERMENEUTICI.

414

Ex rebus Poetae vix quidquam inde delibes, nisi quod *Saxoniā*

Pace tua liceat patriae quoque dicere patrem, Saxoniae Elector Dux Fridericus erat.

Et quod Caesaris manibus Serto

Virgineas laurus a Caesare cepi.

Poetarum meminit tantum duo-

Vivit Leucoreum Maior (Joh.) dimotus ad Albim,

Vatum cui primas defero, Maior erit.

Ille tuas laudes dicet, nunc alter ab illo

Stigelio (Joh.) Maior par in honore meo.

Studiorum caussa vel Jenam vel

Tinxit arenosus uix mihi Sala pedes.

Cantici Cantic. *παραφρασι* in *Eidyllia VIII.* distributam sic in-

Dicere cordistuum mens est mihi regis amorem,

Qui Solymae antiquae regia scepra tulit.

Diva faue ingentem Sapia nota per orbem,

A qua principium ducta poesis habet &c.

Atque ex his de vena hominis statues, quem Lexicographi, quos consului, omnes praetereunt. *Jöcherus* solus *Poema sacrum in Canticum Salomonis Adamo Sibero* tribuit, quod fortasse *Paulus* noster sibi vindicare possit.

CXLIX. VII. H. 30

708

Codex membranaceus lat. Sec. XI. Folior. 59. 4. nitide scriptus, rubricisque distinctus continet: I. *Coelii Sedulii senioris Pres-*

Patriam habuerit:

poetico condecoratus fuerit:

rum:

Halas adierat:

choat:

byteri, quibusdam Episcopi, a *Trithemio Scotiae*, quod olim *Hiberniae* nomen erat, adscripti, Seculoque medio V. florentis *Opus Paschale seu Mirabilium Divinorum*, multoties et ultimo a *J. Frid. Grunero Lipsiae 1747.* 8. editum. *Adi Tanneri Bibl. Brit. Hib. Fabricii f. Schoettgenii Bibl. med. Lat. Hambergeri Zuverl. Nachr. v. Schriftstell. T. III. p. 167.* In *Cod. nostro*, cuius Titulus primus miniatus penitus extritus est, praecit Epistola in-